SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Seite 208r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

alterum valde difficile valde liquibile. Quando
cum ferro magis stannum iungitur dum unitur
stannum in ipsa mixtione quasi evanescere inve-
nitur. In quo notatur quod cum hominibus cum crude-
li nulla bona societas potest inveniri. De a-
micitia malorum cum malis et valde et male. .XXXIIJ.

Tertio loco est amicitia sive societas ma-
lorum cum malis que est pessima, et plu-
rimum formidanda quia multorum malorum est cau-
sativa nisi fuerit impedita. Sicut enim bonum
cum bono sociatum totum magis fit bonum. Sic
fit et fortius malum malo alteri coniunctum. Item
videmus quod quando multa fetida in unum acervum fue-
runt coniuncta fiunt fetidiora. Similiter dum res ca-
lida calide coniungitur totum calidius efficitur sicut
in tyriaca esse ostenditur. Et sic patet in ignibus si plu-
res in unum coniunguntur. Corpus etiam citius corrumpitur
quando pluribus infirmitatibus pergravatur. Venenum
artificiale fortius fit ex mixtione plurium frigi-
dorum ut dum res frigida frigide iungitur frigus
augeatur et sic naturali calori amplius op-
ponatur. Unde saepe contingit quod illud quod per
se est valde naturaliter non nocivum vel non nocet
multum et ad mixtionem aliorum nocivorum transe-
at in venenum. Unde precipit ypocras farma-
cias non esse accipiendas sub cane, que stella que
est dicta canicula sit ferventissima de sua natura
cum sole calidissimo planeta in leone signo
calidissimo sit coniuncta tanti estus est causativa
ut sit tunc mortiferum accipere medicinam. Item
pliades scilicet stelle pluviales que a Saturno im-
pulse magnas generant tempestates. Per stellas
hiis pluviales possunt accipi peccatores qui sibi
invicem pluunt aquas malorum verborum malorum ope-
rum malorum etiam exemplorum. Saturnus sidus ma-
livolum significat dyabolum vel aliquem potentem tyrannum